

1772.4
23
47
FACVLTATIS IVRIDICAE
DECANVS
HIERONYM. FRIDER.
SCHORCH, ICTVS,

SACRI PALATII CAESAREI COMES, EMINEN-
TISSIMI AC CELSISSIMI PRINCIPIS ELECTORIS MO-
GVNTINI CONSILIARIUS REGIMINIS, MEMORATAE
FACVLTATIS ADSESSOR ET DECRETAL. PROF. P. OR-
DIN. CIVITATIS ERFORDIENSIS CONSVL PRIMARIUS,
NEC NON ACADEMIAE ELECTORAL. MOGVNTINAE
SCIENTIARVM UTILIVM PRAESES

LECTORI BENEVOLO

S. P. D.

quædam de adoptionibus



ERFORD. LITT. NONNIAN. ACAD. A TYP.

154
LVCAPITATIS IACINTICORAM

DRCGIANVS

HIERONIM. HEDER

SCHORGH

154

154

154

154



Filiis familias non solum naturam, verum & adoptiones facere, ait MODESTINVS in l. i. pr. D. de adopt. Sunt enim adoptiones in eorum, qui liberos naturales non habent, fauorem inuenient, prout obseruat THEOPHILVS Paraphr. Institut. L. i. Tit. XI. forte, inquiens, quispiam cum liberos non haberet, quia vel uxorem non duxisset, vel sterile matrimonium esset expertus, vel liberos, quos habuerat, amisisset, leuare volens aut naturae malignitatem, aut infelicitatem fortunae, aliquem in adoptionem accepit. Hinc apposite CAIUS in Institut. L. I. Tit. 5. adoptionem dicit esse naturae similitudinem, ut alquis filium habere possit, quem non generaverit. Cumque iudice CICERONE de finib. L. 5. c. 28. bonum liberti, misera orbitas sit, mirum non est, quod adoptionum usus apud plurimas gentes, atque etiam apud Germanos inuaderit. KVLPIVS. de adopt. Principum §. 13. & 24. seqq. & quamuis apud Romanos peculiares essent rationes, que illos ad adoptandum poterant impellere, v. HEINECC. Sym. Antiquit. Roman. L. I. Tit. XI. §. 1. 2. 3. que in Germania penitus cessant; inde tamen hoc tan-



tummodo sequitur, quod non adeo frequentes sint adoptiones apud Germanos, prout fuerunt apud Romanos, at quod plane inusitatæ sint, ex eo inferri haud potest, cum non civilibus solum, sed & naturalibus rationibus nitantur, & hinc inter rusticos quoque locum inueniant v. L. B. de CRAMER. in *Observ. Iur. Univ. Obs. 26.* § 1235. Plane veteribus Germanis & Francis illæ non insolitæ fuerunt, docente LEYSERO in *Meditat. ad D. Spec. 20. med. 1.* nec in sequentibus temporibus obsoleuerunt, cumque deinceps ius Romanum in genere tanquam Ius commune, deficientibus consuetudinibus aut domesticis legibus, introduceretur, etiam hac in parte receptum merito presumitur. LEYSER. c. l. *medit. 2.* STRYCK. in *vsu mod. Pandect. Tit. de adopt. §. 3.* Quamobrem si quis in locum filii aliquem assumerit, & de valore factæ adoptionis queratur, ex iure Romano decisio sine dubio petenda est, STRYCK c. l. §. 4. sq. id quod tradira, consulta & decisa probatissimorum ICtorum nostrorum luculenter comprobant. Sicuti ergo secundum ius Romanum adoptio in duas abiit species, in arrogationem & adoptionem in specie, quam posteriorem Imperator IUSTINIANVS in l. pen. C. de *adopt.* in plenam & minus plenam, prout vel ab ascende, vel ab extraneo facta, iterum distinxit; ita quoque in Germania hanc divisionem attendendam esse moner STRYCK. de *Success. ab intest.* Diff. I. e. 2. §. 36. sqq. Et sicut arrogatio Principis auctoritate, l. 6. C. de *adopt.* adoptio in specie dicta vero Magistratus imperio fieri debebat, l. 2. pr. D. eod, ita ob defectum huius requisi etiam hodie adoptio irrita est. SCHWEIDER. in *Collect. nov. Confil. Tubing. Vol. I. Conf. 127.* n. 17. & 18. RESOLD P. 4. Confil. 154. n. 66. In primis autem caendum, ne quid in adoptione fiat, quod contra naturam sit, vi posse quam imitatur, §. 4. l. de *adopt.* & cuius imago dicitur in l. 23. D. de *liber.* & postib, unde minor natu maiorem adoptare non potest, sed is, qui sibi filium per adoptionem vel arrogationem facere vult, plena pubertate, id est, decem & octo annis, præcedere

re

re debet. *alleg.* §. 4. Sic a duabus personis diuersis simul & eodem tempore nemo adoptari potest, cum duos patres adoptiuos non magis quam duos patres naturales habere queat, ob quam cauissam adoptionem quandam merito improbabuit *COCCEI*. *in Consil. & Resp. in causis Illust. Resp. 101. n. 15-21.* Sed & fratrem sibi quisquam per adoptionem facere nequit, quoniam nemo sibi fratrem gignere potest. *I. 7. C. de hered. infit. & ibi GOTHOFRED. in not. TABOR decis. & consult. 158. n. 54.* Ulterius si de arrogatione vel adoptione a muliere facta questio sit, tantum non vnic ad. *I. 5. C. de adopt. respici*, & ex ea deduci solet, quod non promiscue omnibus mulieribus, sed solum viduabus, quae liberos perpererunt, & quidem plures, sed rursus amiserunt, Principes hanc facultatem permisérunt. *L. E. DE LINCKER. T. I. Consil. 182. n. 13. sgg.* Neque vero priuati solum adoptare sueuerunt, sed etiam non desunt in Imperio nostro exempla adoptionum ab ipsis Imperatoribus & Statibus Imperii suscepitarum, quorum post *KVLPI* de *adopt. Principum* §. 32. *sgg.* longam seriem exhibet *STRVVIUS in Iurisprud. Heroica P. IV. c. 5. sec. 2. p. 445. & multis sgg.* quamvis solennia in legibus Romanis praescripta a Principibus nostris in adoptionibus non tam sollicite obseruari debeant, de qua re sententias Doctorum Iuris Publici concessit *MOSERVS im Deutschen Staats-Recht T. XXII. p. 406. sgg.* At de hoc arguento occasione *I. 1 D. de adopt.* quam in lectione Cursoria explicare constituit, copiosius differet.

ILLVSTRIS ET GENEROSVS DOMINVS
GEORGIVS DE CLEMENS MILLWITZ,

I. V. CANDIDATVS MERITISSIMVS,

qui curriculum vitaे suæ laudabiliter adhuc transactæ verbis sequentibus nobis exhibuit:

X 3

Natus



Natus sum Moguntie 12ma Iulii anno 1745. Parentibus ROBERTO BALTHASARO DE CLEMENS MILLWITZ Consiliario Imperiali Aulico Actuali, & Matre MARIA CATHARINA DE HOEGLEIN Generosi ac Consultissimi Domini IOHANNIS VALENTINI DE HOEGLEIN Emin. ac Celsiss. Electoris Moguntini quondam Consiliarii Regiminis Aulici, & ANNÆ ELISABETHÆ NATÆ DE BENZEL filia. In Eycum, quod Moguntie sub Moderamine P. P. S. I. floret anno 1756, admissus, Artibus Liberalibus & Philosophiae, aliquis ad altiora adspiranti necessariis studiis incubui. Cum autem Pater optimus Anno 1758, a. S. C. M. Imperatore FRANCISCO PRIMO piissima memoria Clementissime & proprio motu ad Consilium Imperiale Aulicum vocatus, & paulo post cum Illustrissimo Domino BVRGGRAVIO DE KIRCHBERG Comite in Sayn & Witgenstein S. C. M. Camerario atque Consiliario Imperiali Aulico, Praefide Camerae Imperialis novissime Wezlarie defuncto, ad Commissionem Imperiale rem Monetariam concernentem Francofurtum missus fuerit, ea finita anno 1762. oportebat natale solum relinquere, & ad Viennam properare. Philosophia theoretica, quod primam Partem Moguntie incepit, finiendo Vienne privatim operam dedi. Practicam vero & Experimentalem ex Doctrina Celebrissimorum Professorum P. P. S. I. FRANZ, WALCHER, & aliorum in Imperialibus Museis aque amplissimis ac pretiosissimis percepit. Finito Philosophia Cursu ex speciali gratissima concessione S. C. M. Imperatricis MARIAE THERESIAE licuit mibi Collegium Regium Theresianum ibique Collegia Iuridica frequentare. Tradidit mibi in illo privatissime prenobilis ac Consultissimus Dn. CHRISTOPHORVS KRAMER Antecessor Iuris primarius vix non totam Iurisprudentiam, scilicet Ius Naturale, Civile privatum, Canonicum, Criminale aque ac Publicum. Sistebat autem nondum quoad totum absolutum studii Iuridici Cursum prematura mors optimi & ad Cineres usque venerandi Parentis

quæ

que eueniebat Anno 1766. Compositis negotiis Domesticis cum Dilectissima Matre Erfordiam me contuli, ibique filum studiorum interruptum absolvere occasionem natus sum exoptatissimam. Operam igitur nauui partim in repetendis Doctrinis jam antea hancis, illisque magis excolendis. Ducem & Moderatorem in hac re inueni Virum Magnificum, Prenobilem & Consultissimum Dn. ADAMVM IGNATIVM TVRIN, Iuris Nature, gentium & Publici, nec non Historiarum & Philosophiae Practice Professorum Publicum Ordinarium, Bibliotheca Boineburgica Directorem & p. t. Rectorem Magnificum, cuius in me collocata Benevolentia grata semper deueneranda est mente. Ad ulteriores progressus faciendas author mihi unicus fuit. Tradidit ille partim in priuatis partim priuatissimis Lectionibus Doctrinam Pandectarum, Ius Naturale, Publicum Canonicum & Imperii Historiam, tandem Vniversam Iurisprudentiam ex Systemate Nettelbladtiano tam Naturali, quam Postiuo vna cum Collegio Practico. Hocce denique Anno in Numerum Sedalium Instituti Regii Disciplinarum Historicarum, quod Göttingae floret receptus sum. Quibus laboribus exantlatis votum superest ut Eminentissimo ac Celsissimo Principi Eleftori Domino Longe Clementissimo & Republica Patria tandem humillimis seruitis me consolare possum.


Itaque auctoritate & suau Fautorum atque amicorum Supremos in Vrroque Iure honores capessere in animum induxit; & ab Ordine nostro, vt sibi ad specimina Inauguralia aditus panderetur, modeste petuit. Cui laudabili desiderio postquam Ordo noster annuit, binos ipsi ex Iure Ciuilli & Canonico tex-tus enodandos transmisit, diemque Examini, quod vocant, Rigoroso prestituit, in quo ad questiones propositas adeo promite & erudit respondit, vt vnanimi suffragio dignissimus indicatus



catus fuerit, qui petitis honoribus, industrie sue & doctrinae
præmio, condecoretur. Quamobrem proximo die Veneris d.
5. Iun. a. c. Lectionem Cursoriam ad l. i. D. de adopt, eaque
finita Dissertationem Inauguralem

THESES EX VNIVERSO IVRE
SISTENTEM

habet. Quibus actibus ut Magnificus Vniuersitatis Rector,
Per-Illustres Barones, nec non Academiæ Proceres ac Ciues be-
nevolè iutereſſe velint, ea, qua decet, obſeruantia & humani-
tate rogantur atque inuitantur. Publ. sub Sigillo Facult. Iu-
rid. d. XXXI, Mai. A. O. R. MDCCCLXXII.



Erfurt, Diss., 1770-73



f

Sb.

W18



17724
FACVLTATIS IVRIDICAE
DECANVS
HIERONYM. FRIDER.
SCHORCH, ICTVS,

SACRI PALATII CAESAREI COMES, EMINEN-
TISSIMI AC CELSISSIMI PRINCIPIS ELECTORIS MO-
GVNTINI CONSILIARIUS REGIMINIS, MEMORATAE
FACVLTATIS ADSESSOR ET DECRETAL. PROF. P. OR-
DIN. CIVITATIS ERFORDIENSIS
NEC NON ACADEMIAE ELECTO-
SCIENTIARVM VUTILIV

LECTORI BEN

S. P. D.

quae am de ad



ERFORD. LITT. NONNIA

